

ESERCIZIO 1 ▶ PARTICIPIO FUTURO

Forma il participio futuro dei seguenti verbi.

- sum, es, fui, esse, essere*
- exeo, is, exi, exitum, ire, uscire*
- facio, is, feci, factum, ěre, fare*
- video, es, vidi, visum, ěre, vedere*
- do, as, dedi, datum, are, dare*
- scribo, is, scripsi, scriptum, ěre, scrivere*
- reperio, is, repperi, repertum, ire, ritrovare*
- infĕro, infers, intŭli, illatum, inferre, portare dentro*

ESERCIZIO 2 ▶ FUNZIONI DEL PARTICIPIO FUTURO

Completa le seguenti frasi, di cui viene proposta la traduzione, rendendo col participio futuro le espressioni sottolineate.

1. *Hannĭbal Alpes in Italiam* *superavit*.
Annibale superò le Alpi per scendere (*descendo, is, descendi, descensum, ěre*) in Italia.
2. *Cives urbem* *arma sumpsĕrunt*.
I cittadini presero le armi per difendere (*defendo, is, defendi, defensum, ěre*) la città.
3. *Homĭnes semper appetunt*
Gli uomini desiderano sempre cose destinate a perire (*pereo, is, ii, itum, ire*).
4. *Iter suscepĭ novas regiones*
Ho intrapreso il viaggio con l'intenzione di vedere (*video, es, vidi, visum, ěre*) nuovi paesi.
5. *Romani Athenas ibant claros philosophos*
I Romani andavano ad Atene per ascoltare (*audio, is, ivi, itum, ire*) i filosofi famosi.
6. *Ad consulem legati missi sunt de pace*
Al console furono mandati ambasciatori per trattare (*ago, is, egi, actum, ěre*) della pace.

ESERCIZIO 3 ▶ USO DEL PARTICIPIO FUTURO

a. Traduci le seguenti frasi, rendendo opportunamente in italiano il participio futuro.

- 1 *Caesar ex Gallia Romam rediturus consulatum in proximum (= «seguito») annum popōscit.* 2 *Caesar praemisit equĭtes loca exploraturos.* 3 *Centurio milites agros vastaturos retinuit.* 4 *Consules cum victrici classe ex Africa Romam redituri apud Siciliam naufragium fecĕrunt.* 5 *Legati a Saguntinis Romam missi sunt auxilium a senatu petaturi.* 6 *Galli celeriter in castra rediĕrunt se defensuri.* 7 *Galli Senōnes multitudine ingenti Clusium appropinquavĕrunt Romanorum castra oppugnaturi.* 8 *Coriolanus arma contra patriam laturus ob matris uxorisque preces a bello destĭtit.* 9 *Post pugnam consul tribunum ad senatum misit victoriam nuntiatum.* 10 *Gladium miles a perituri cervice revocavit.*

b. Traduci le seguenti frasi, rendendo con il participio futuro le espressioni sottolineate.

- 2 *Aspettiamo con grande trepidazione le circostanze future.* 2 *Il medico curerà con ogni mezzo anche il malato destinato a morire.* 3 *Il re offrĭ molti e ricchi doni agli ambasciatori che stavano per lasciare la città.* 4 *Marco è un uomo destinato a compiere (usa *ago, is*) grandi imprese.* 5 *Freneremo i giovani che stanno per sbagliare.* 6 *Coloro che hanno intenzione di governare lo stato, devono essere onesti.* 7 *Sono venuto per chiederti un consiglio.* 8 *Annibale passò in Spagna per assediare la città di Sagunto.*

ESERCIZIO 4 ▶ I PARTICIPI DEI VERBI ATTIVI

Traduci le seguenti frasi, prestando attenzione al tempo, alla forma e al significato dei participi.

- 1 *Ciconiae avolaturae alas quatunt.* 2 *Legiones nostrae, diu ad pugnam lacessĭtae, denĭque impetum in hostes fecĕrunt.* 3 *Marcus Porcius Cato, vehementer suorum civium corruptos mores vituperans, in-*



numerabiles inimicos sibi paravit. 4 *Consul ab hostibus vulneratus a suis civibus defensus est.* 5 *Gallia subacta, Caesar Romam consulatum petiturus rediit.* 6 *Clusini, Gallorum impetum metuentes, legatos Romam miserunt a Romanis auxilium petitorios.* 7 *Suffragia largitione devincta senatus indignationem excitaverunt.* 8 *Helvetii suos fines relicturi atque in Galliam migraturi, re frumentaria ad iter comparata, omnes suos vicos incendunt.* 9 *Athenienses, urbe relicta, insulam Salaminam confugerunt.* 10 *Pythagoras, Tarquinio regnante, in Italiam venit.*

1. *Civis, is* significa spesso «concittadino»

ESERCIZIO 5 ▶ PERIFRASTICA ATTIVA

a. Traduci le forme perifrastiche proposte con le tre possibili espressioni italiane.

Es. *Dicturus eras*

a. *Tu eri sul punto di (in procinto di, stavi per) dire.*

b. *Tu avevi intenzione di dire.*

c. *Tu eri destinato a dire.*

1. *Venturi sumus*

a.

b.

c.

2. *Inventurus eram*

a.

b.

c.

3. *Scripturus est*

a.

b.

c.

4. *Visuri fuimus*

a.

b.

c.

5. *Facturi sunt*

a.

b.

c.

6. *Venturae eramus*

a.

b.

c.

b. Traduci le seguenti espressioni.

1. Egli è stato sul punto di venire

2. Essa è in procinto di dire

3. Voi siete destinati a vincere

4. Noi avevamo intenzione di entrare

5. Io stavo per riferire

6. Essi furono sul punto di promettere

7. Egli era stato destinato a scegliere

8. Il pericolo sta per arrivare



ESERCIZIO 6 ▶ USO DELLA PERIFRASTICA ATTIVA

Traduci le seguenti frasi.

- a. **1** *Cenaturi sumus: fame conficimur!* **2** *Persae, Alexandri phalange disiecta, proelium renovaturi erant.*
3 *Cum apes evoluturae sunt, consōnant vehementer.* **4** *Cum forti animosoque hoste pugnaturi estis, milites!* **5** *Quidquid (= «qualunque cosa») dicturus es aliis, prius dic tibi.* **6** *Nemo (= «nessuno») arma capturus est, nemo dimicaturus (est) pro malis superbisque dominis.* **7** *Dei, quia immortales sunt, in aeternum victuri¹ sunt.* **8** *Haec (= «queste») sunt leges omnium qui sunt, qui fuērunt, qui futuri sunt.* **9** *Omnia quae dico dicturusque sum, nota sunt omnibus.* **10** *Aeneas, quia Troiam a Graecis delētam relicturus erat, comites superstites congregavit atque parvam classem comparavit.*
11 *Laetum spectaculum omnibus vobis praebituri sumus.* **12** *Heri tibi epistulam scripturus eram, sed tu ad me venisti.*

1. Solo il contesto può indicare se *victuri* deriva da *vivo* o da *vinco*!

- b. **1** Stavamo per uscire di casa, quando arrivarono i nostri amici. **2** I soldati erano in procinto di attraversare il fiume, quando all'improvviso furono assaliti (usa *peto*) dai nemici. **3** I Germani, quando stavano per attaccare battaglia (*proelium committere*), levavano canti e grida. **4** Il nome di Cesare è destinato ad essere immortale. **5** Cesare, poiché era intenzionato ad attaccare battaglia, incoraggiò i soldati con un ardente discorso. **6** Annibale, conosciute le forze dei Romani, fu sul punto di abbandonare l'impresa. **7** Il console, che stava conducendo l'esercito negli accampamenti invernali (*hiberna, orum*), ricevuta la notizia, ritornò a Roma. **8** Non tutti gli uomini sono destinati a compiere grandi imprese.

Versioni

VERSIONE 1 *Duces et reges Lacedaemoniorum*

Sintetica rassegna di alcuni re e comandanti di Sparta.

Costrutti notevoli:

- participio presente, perfetto e futuro

Eurysthēnes et Procles gemini, genus ab Heraclīdis¹ deducētes, primi Spartae regnavērunt. Praeclarus legum lator Lycurgus fuit: eius legibus oboedientes Lacedaemonii diu principes Graeciae fuērunt. Messenio bello Tyrtaeus, ex oraculo Apollīnis dux ab Atheniensibus per ludibrium missus, carminibus suis militum animos confirmavit et ad victoriam excitavit. In Persico bello virtus egregia Leonīdae enituit: is enim cum parva Lacedaemoniorum manu apud Thermopylas morte sua ac suorum militum Persarum exercitum frenavit. Pausanias pugna pedestri Persarum copias debellavit et ab eorum dominatione Graeciam liberavit, omnibus civitatibus plaudentibus. Sed mox proditiōnis accusatus est; domum revocatus, in aedem Minervae confūgit et ibi fame confectus est. Lysander, classe Attica apud Aegos flumen (= «Egospōtami») profligata, bellum Peloponnesiacum confecit et Atheniensibus victis triginta tyrannos imposuit. Agesilaus, qui tam² in hostili terra quam in sua (terra) feliciter pugnavit, Persarum regem petiturus, Lacedaemonem revocatus est atque Athenienses Corinthiosque apud Coronā vicit.

1. Gli Eraclidi (*Heraclidae, arum*) sono i discendenti di Eracle. 2. Tam... quam, avverbi correlativi «tanto... quanto».



VERSIONE 2 **L'occhio del padrone**

Nei propri affari il padrone vede molto meglio dei suoi collaboratori, come deve amaramente constatare il povero cervo della favola.

Costrutti
notevoli:

- participio futuro e perifrastica attiva

In rebus suis, ut Phaedri fabula docet, dominus magnam diligentiam ponit. Olim venatores comprehensuri erant cervum, quem canes e silvae latibulis excitaverant. Fera, dum per agros fugit, magno terrore impulsam, villam propinquam petit et in bovile confugit. Boves cervo latentem sic dicunt: «Miser cervus, cur ultro (avv.) ad mortem currere voluisti? Nam domus hominum non perfugium, sed pernicies tibi erit». At cervus suppliciter voce: «Vos oro, amici, – inquit – mihi auxilium ferite; mox, occasione data, celeri cursu in silvas redibo». Itaque totum diem cervus sollicitus in bovili latet; sub vesperum primum (avv.) venit bubulcus, frondem bubus laturus, sed eum non videt, deinde eunt redeuntque omnes viri rustici, sed feram non cernunt, denique transit etiam vilicus, sed nihil (= «nulla») animadvertit. Tum cervus laetus bubus pro hospitio gratias acturus est, cum unus eorum sic eum monet: «Salutem tuam certe volumus, sed si dominus, qui centum (= «cento») oculos habet, venerit¹, vita tua in magno periculo erit». Inter ea dominus, e cena rediens, ad praesepe accedit, opera servorum inspecturus. Et dum magna cum cura omnia recenset, alta cervi cornua videt statimque, servis convocatis: «Feram occidite – inquit – eiusque corpus auferte».

1. Attenzione alla «legge dell'anteriorità».

VERSIONE 3 **Perché in tempo di guerra le porte del tempio di Giano sono aperte**

Macrobio, un erudito scrittore del IV-V sec, narra il leggendario motivo per cui a Roma le porte del tempio di Giano venivano aperte in tempo di guerra e chiuse in tempo di pace.

Costrutti
notevoli:

- participio perfetto
- perifrastica attiva

Bello Sabino, quod ob virgines a Romanis raptas commissum est, Romani urbis portam, quae sub radicibus collis Viminalis erat, claudere festinaverunt, quia eam (= «per di là», «attraverso quella») hostes in urbem ruere solebant. Sed porta quae clausa erat, postquam hostes recesserant, rursus aperta est et pro limine milites armati positi sunt, qui aditum tuerentur (= «custodissero»). Sed custodes, cum Titus Tadius, Sabinorum rex, iterum urbem oppugnavit, territi fugerunt; cumque Sabini portam patente inirent, tum ex aede Iani per hanc (acc. = «questa») portam vim (= «una massa») aquarum scatentium erupit atque multas hostium catervas rapida voragine occidit. Ex eo (= «da allora») aedis Iani fores belli tempore, quod deus urbi auxilio venit, reserantur, clauduntur autem pacis tempore.